LXXXXI. Proprium mandati eſt, quod morte tam mandantis, quam mandatarii extinguatur, interdum tamen mandatario poſt mortem mandantis implent; mandatum ex bono & æquo actio datur.

LXXXXII. Hæres proprie ex quaſi contractu obligatur legatariis & fideicommiſſariis, non item creditoribus hæreditariis.

LXXXXIII. Indebitum errore ſolutum, ſi nulla interceſſerit obligatio vel naturalis vel civilis, repeti poteſt, ubi tamen diſtinguendum inter errorem facti & juris.

Ad Lib. IV.

LXXXIV. Furtum & Rapinam romani ad delicta privata referebant; undè ab initio ordinariè ex illis non niſi civiliter agebatur.

LXXXXV. Ob quamcunque damnificantis culpam ex lege aquiliâ agi poteſt, nec opus eſt diſtinguere inter diverſa legis aquiliæ capita.

LXXXXVI. An actio ſit realis vel perſonalis non ex materiâ, ſed cauſa efficiente, ſeu jure, unde actio in rem & perſonam naſcitur, eſt dijudicandum.

LXXXXVII. Actio in rem ſcripta ex origine ſua perſonalis eſt, licet in effectu quodammodo actioni reali æquiparari poſſit.

LXXXXVIII. Duas actiones ex uno eodemque negotio oriri non implicat, cumulari verò non poſſunt, niſi tendant ad diverſum.

LXXXXIX. Non ſine effectu inter actiones civiles & prætorias olim diſtinguebatur, non tamen omnes actiones, quæ edicto Prætoris proponebantur, etiam prætoriæ erant.

C. Quia pœnæ pecuniariæ, quæ de jure romano privatis Litigatoribus applicabantur, exoleverunt, & ſolus fiſcus pœnas ob vindictam publicam perſequitur judicio criminali, actiones olim in duplum, triplum, vel quadruplum conceptæ, in ſimplum hodie conceduntur.

CI. Filius familias mutuam levando pecuniam nequidem naturaliter, ſi vero cum minore concurrat, etiam civiliter ad reſtitutionem obligatur.

CII. Interdicta in pluribus ab actionibus differunt, & ad remedia realia rectius referuntur.

CIII. Victus in lite, niſi juſtam cauſam litigandi habuerit, in expenſas condemnatur.

CIV. Aliud eſt officium jus dicentis, aliud Judicis, Judex ſecundum leges, acta, & probata, non verò de legibus, & ſecundum ſuam conſcientiam debet judicare.

Inches
1 2 3 4 5 6 7 8
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black


TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19